

Iamque tenebamus, qua spumifer æstuat Oenus  
Ardua carpentes sub iuga montis iter.  
Cuius in abrupto pernocteis vertice Cæsar  
Diutius quo ndam Carule sedit auus.  
Sylvestres quando capreas, damasq; bicornes  
Aeus in ærea figere rupe fuit,  
Culmen & ascendit iuuenistemperarius, vnde  
Cùm vellet, potuit non reuocare gradum.

---

MONUMENTVM OCCVRVS IMP. CA-  
ROLI V. ET FERDINANDI FRATRIS.

Qui per aspera Oenoponticæ vallis saxa Steinachium contendunt, & per iuga Rhætica, profundasq; montiū valles iter faciunt, ad Pyrenes montis radices, obuiam habet in via cōlumnam cum ærea tabula erētam, in qua pulcherrimè sculptura repræsentatur duorum fratum maximorum Imperatorū eo loci congressus letissimus. Caroli V. videlicet per Italiam ab Africā na Tuneti expeditione redeuntis in Germaniam, ad Imperij res post longam absentiam constituendas: Et Ferdinandi Cæsaris fratri desideratissimo, quem à multis annis non viderat, cupidissimè obuiam occurritis. Videntur ibi vtriusque Imperatoris factæ ad viuum effigies, & varijs affectis Primcipum pro cuiusque more genti habitus manu artificis eleganter imitati. Mentionem huius etiam columnæ facit Germanus ille poeta, in suo itinerario, his versibus.

Hic post longa duo congressi tempora fratres  
Carolus Hesperis victor, Ferdinandus Eois;  
Cum patrijs cuperent propellere finibus hostem  
Ismarium, atque Ducum longas componere lites.

Huic autem sculpture, ad sempiternam rei gestæ memoriam, inscriptio talis subiungitur.

IMP. CAES. CAROLO. V. P. F. AAG. EX HISPANIIS ITALIAQ.  
SVSCEPTIS IMPERIALIB. CORONIS ADVENTI ET  
FERDINANDO. HVNGA. BOEMIAEQ. REGIE PANNONIAS.  
OCCVRRENTI OPT. PRINCIPIB. AD. PERPETVAM PVBL.  
LAETITIAE MEMORIAM QVOD FRATRES ANTE ANN. VIII.  
DIGRESSI SVMMIS INTER MORTALES HONORIB. REGNIS.  
TRIVMPHIS AVCTI. HOC IN LOCO SALVI. SOSPITESQ.  
CONVENERVNT ANNO SALVTIS M. D. XXX.

FRED. FRAZIUS A MONTE NIVEO STENACI PRAEFECT.  
MANDATO REGIO. F. C.